



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De nummarijs iudicibus, & iniquè iudicantibus. cap. xcviij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A compertum habeo, ut quæ ad debitam gratiam referendam homines moueat: cum admirum
in supplicij inferendi potestate veniam dantes, cum cui ignominius, velut pudore quodam
ad benevolentiam nostram pertrahimus.

Alijs nocendo robur haud monstra tuum:

Verum iuuando, si Deum sequi cupis.

Est eius istud, qui suum porit genus.

Facile at necarint, & trygon, & scorpius.

*Ne repente feriamus (non enim id conducit) verum ijs, qui peccant, terrore castigatis,
tum demum id agamus, ut humanitate atque clementia superiores simus.*

Cum quispiam talem se ipse omnibus præstiterit, ut nulla in eum reprehensio cadere Chrysost.

B queat, tum demum, quanta cum autoritate vulnerit, omnes eos, quibus præstet, vel punire
poterit, vel ipsis ignoscere.

Qui iudicis partibus fungitur, hic reo dominetur neceſſe eſt.

Hoc iudex noſſe debet, ſe diuini iudicij adminiſtrum eſſe: nec in arbitrio ſuo ac potesta- 10cph.

re poſitum eſſe, ut pro libitu ſententiam ferat, ac reis admissa flagitia remittat.

*Imperium adminiſtrabo, ut bonus antifiles, non ut tyrañus. Etenim nominis honore
contentus ero: at conſilium in quoq[ue] negotio cunctis dabo.*

DE NVMMARIIS IUDICIBVS, ET INIQUE
iudicantibus. CAP. XCVIII.

C



GNIS exuret domos eorum qui munera ſuscipiunt. Ira 1ob. 15.
ſuper impios erit ob impietatem munerum quæ acceperunt.

Muta fiant labia dolofa, quæ loquuntur aduersus iustum psal. 30.
iniquitatem in superbia. Si verè utique iustitiam loquimi- 14.
ni, recte iudicate filij hominum. Vſquequò iudicatis ini- 81.
quitatem, & facies peccatorum ſumitis? Iudicate pupillo &
egeno, &c.

D Disperdit ſeipſum qui munera accipit. Qui accipit dona in ſinu iniquitatis, Pro. 15.
non dirigentur viæ eius. Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera: ani- 22.
D mam autem poſſidentium auferit. Argentum, quod cum dolo datur, perinde
ac testa reputandum eſt. Qui iniustum iustum, & iustum iniustum pronun- 17.
ciat, immundus & abominabilis eſt Domino. Qui dicit impio, iustus es, male- 30.
dictus populis erit, & exodus inter Gentes.

Vendidit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Qui conterunt Amos. 2.
ſuper puluerem terra capitā pauperum, & viam humilium declinant.

Quid filiūſtis impietatem, & iniuftitas eorum vindemiaſtis? Cadent prin- Oſee. 7.
cipes eorum gladio propter inſcritam linguaſ ſuæ.

Heu, anima mea, quia periit sanctus à terra, & rectus in hominibus nō eſt. Om Mich. 7.
nes in ſanguine iudicant, vir fratrem ſuam ad mortem veniatur. Malū manuum
ſuarum dicunt bonū: princeps poſtulat, & iudex pacificos sermones locutus eſt.

E Vos declinastis de via, & multos imbecilles reddidistis. Et ego dedi vos con-
temptos in omnibus Gentibus, pro eo quod accepistis munera in lege.

Factum eſt iudicium, & contradic̄to potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, Abac. 1.
& non peruenit uſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum.

Principes eius in ea ſicut leones rugientes: iudices eius ſicut lupi Arabiæ.

Principes tui inſideles, ſocij furum, Omnes diligunt munera, ſequuntur retribi- Eſ. 31.
tiones. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Dabo
pueros principes eorum: & illuſores dom nabuntur eis. Cū extenderitis ma- 3.
nuſ vestras, auertam oculos meos à vobis: & cū multiplicaueritis orationem, 1.
non exaudiam. Manus enim uſtræ ſanguine plenæ ſunt. Vx qui iuſtificatis
impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferitis ab eo. Propter hoc ſicut deuo- 5.
rat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: ſic radix eorum quaſi fauilla

K

D. IOANN. DAMASCENI

erit, & germin eorum quasi puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercitum, & eloquium sancti Israël blasphemauerunt. Vx qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scriperunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cause humilium populi mei: vt essent viduae præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius auxilium confugietis? & vbi derelinquetis gloriam vestram? Quid vos iniuria afficitis populum meum, & faciem pauperum confunditis?

Vx qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & cenebras lucem.

Hier. 1.5. In manibus tuis inuentus est sanguis animarum innocentium. Causam viuæ non iudicarunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non G iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea? Oculi eorū non boni, nec corda eorum recta: sed ad avaritiam, & ad effundēdum sanguinem innoxium, & ad calumniam, & iniustitiam, & ad cædem faciendam. Humiliasti sublimem, & exaltasti humiliem. Iniustitiam hanc reputabo, dicit Dominus.

Ezech. 22. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & auare lucre sectanda. Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento. Inter sanctum & inter prophanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt. Animæ populi mei depravatae sunt, & capiebant animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficeret animas quæ non moriuntur, & vivificant animas quæ non viuunt.

Sap. 6. Iudicium duru in his qui præsumt fiet: fortiorib⁹ autē fortior instat cruciatio.
Ecli. 20. Xenia & dona excæcant oculos iudicium.

Rom. 2. Inexcusabilis es, ô homo, qui iudicas. In quo enim alterum accusas, teipsum condemnas. Scimus autem, quia iudicium Dei est in veritate aduersus omnes qui talia agunt. Putas autem quod tu effugies iudicium Dei?

Basilius. Qui veram iniustitiam in animo suo ante insidentem non habet, sed aut pecuniis corrup⁹ Hom. in ptus est, aut amicitia fauet, aut inimicum vlciscitur, aut potentia & autoritate commo- princ. Pro uetur, iudicium dirigere non potest. Ad quem Psalmista dicturus est, Si vere utique iniustitiam loquimini, recte iudicate filij hominum.

Naz. Hoc plerisque iudicibus hac tempestate accidere videmus, vt sublimibus viris magna flagitia promptius condonent, quam minima humilibus & abiectis.

Iust. A- Extremæ est miseria, non robori suo, verum aliorum imbecillitati confidere.
pol. ad Idem possunt principes, qui opinione veritati anteponunt, quod prædones in solitudine,
Anton. Voluptatis potius quam virtutis amatores extiterunt, segnitieque & inertia torpuerunt,
Cyrillus nec imperij decus a reprehensione liberum conseruarunt.

Nilus. Forensia studia variis peccatis subministrant, innumera videlicet patrocinia ijs, qui iniuriarum aliis inferunt, nanciscentes.

chrys. Et in principes, & in iudices, accuratisimè inquiretur. Atque cognoscetur, an ius corrupserint, an vel gratia duœti, vel odio commoti, litigantibus sententiam tulerint: an verborum illecebris deliniti, remissiores, quam oportebat fuerint, an maleuolo animo atque vltionis cupido, ijs qui nihil sceleris admiserant, calumnias struxerint.

Inquis index contaminata est conscientia.

DE PROBIS SERVIS. CAP. XCIX.

Pro. 17.14. E R V V S prudens dominabitur stultis dominis. Seruo sapienti prosperi erunt actus: & dirigetur via eius. Sapientes serui dominis mutuabunt. Dulcis est somnus serui, siue parum, siue multum comedat.

Non